



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

De partibus & fructu huius Sacramenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

iudicium exerceat, qui non prius in ipsam pe-
 Baptismi ianuam fuerit ingressus. a Quid .n. a 1. Co. 12.
 mihi, inquit Apostolus, de ijs, qui foris sūt, iu- in fin. c.
 dicare? Secus est de domesticis fidei, quos Chri- multi 2.
 stus Dominus b lauacro Baptismi sui corporis q. 1. c.
 membra semel effecit, nam hos, si se postea cri- gaude-
 mine aliquo cōtaminauerint, nō iam repetito mus de
 Baptismo ablui, cū id in Ecclesia Catholica nul- b 1. Cor.
 laratione liceat, sed ante hoc tribunal, tāquam 1. b. c.
 reos, sisti voluit: vt per sacerdotum sententiā Verbum
 non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad de pœn.
 ipsum pœnitētes cōfugerint, possent liberari. A dist.
 lius est præterea Baptismi, & alius Pœnitētiæ c Galat. 3.
 fructus: per Baptismum .n. Christum c induen-
 tes, noua prorsus in illo efficiamur creatura, ple-
 nam & integram peccatorū omnium remissio-
 nem cōsequentes: ad quam tamen nouitatem,
 & integritatem per sacramētum Pœnitentiæ,
 sine magnis nostris fletib. & laboribus, diuina
 id exigēte iustitia, peruenire nequaquam pos-
 sumus: vt meritò Pœnitentiā laboriosus quidā
 Baptismus à sanctis Patrib. dictus fuerit. Est
 autem hoc Sacramētum Pœnitentiæ lapsis post
 Baptismum ad salutem necessarium, vt non-
 dum regeneratis ipse Baptismus.

De partibus, & fructu huius Sacramenti.

CAPVT III.

Docet præterea sancta Synodus, Sacramēti
 Pœnitentiæ formā, in qua præcipuè ipsius

F

vis

vis sita est, in illis ministri verbis posita esse. Ego te absoluo, &c. quibus quidem de ecclesia sancti more, preces quaedam laudabiliter adiunguntur: ad ipsius tamen formae essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius Sacramenti administrationem sunt necessaria. Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius poenitentis actus, a nempe Contritio, Confessio, et Satisfactio. Qui quatenus in poenitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione Poenitentiae partes dicuntur. Sanè verò res, & effectus huius Sacramenti quantum ad eius vim, & efficaciam pertinent reconciliatio est cum Deo, quae interdum in viris pijs, & cum deuotione hoc Sacramentum percipientibus, conscientiae pax, ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solent. Hec de partibus, & effectu huius Sacramenti sancta Synodus tradens simul eorum sententiam damnat, qui Poenitentiae partes, incusos conscientiae terrores, & fidem esse contendunt.

De Contritione. CAP. IV.

a sup. Ses.
6. de iustif. cap.
14. & inf.
can. 4.

b sup. Ses.
6. de iustif. cap.
6. & 14.

Contritio, huiusmodi quae primum locum inter dicitur, poenitentis actus habet, animi dolor, ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero. Fuit autem quantum tempore ad impetrandam veniam peccatorum Contritionis motus necessarius. & in homine per Baptismum lapsa ita demum preparat ad remissionem

sionem